

Sac. Reg. M.^{tas}

Q. 21. Febr. 1604. Le

149 179

N 42.

Binas uno tempore à M.^{te} V.^{ra} vras accipi quibus mihi iniungere dignata est, ut negotium translationis R.^{mi} D. Ioannis Epi Vutadislavien^{is} ad Archiep^{iscopatum} Primatelem Gn^{er} m^{er}, gratiosamq. v^{ra} Apostolicarum expeditionem S.^{mo} D.N. commendarem. Quod quidem ego eo ardore animi faciendum suscepi, quem et summa mandantis auctoritas, et mea in ipsum singularis fides atq. observantia postulabat. addam etiam praeclara eius viri merita, cui tam insignem provinciam demandandam M.^{te} V.^{ra} sapientissimo suo iudicio censuit. Non enim obscuris ego argumentis intellexi secunda illum fama esse in isto Regno, cum bonorum plausu maximo ad principem in Senatu locum conscendat. Quo magis suspicio ac uentor eximiam M.^{te} V.^{ra} prudentiam quae in gravissimo negotio bene de Rep. sentientium votis ita cumulati satisfecerit. Utinam uero id mihi contingat, ut quibuscumq. rebus mihi à M.^{te} V.^{ra} impositis satisfaciam expectationi uoluntatiq. ipsius, laborabo quidem certi semper, nullamq. unquam officij partem desiderari patiar. Et interea m^e eiusdem M.^{te} V.^{ra} gratia humillime commendo, c^{ui}q. Deum Immortalem semper et ubiq. propitium exopto.

Datj Roma xxj Februarij MDCiij.

S. R. M. V.

Adrianus
Castellus

Card. M. d. b. o. t. m. s. l. y. ^{ms}
 & Acc. d. f. e. n. t. a. o. t. u. i. a. n. o.
 p. i. e. g. e.

S. e. t. de p. o. t. e. n. t. i. s. P. o. l. o. n. i. e. S. u. c. o. r. u. m. p. e. t.
 R. e. g. i. S. i. g. i. s. m. u. n. d. o. T. e. r. t. i. o.

